magium etc. Et postea Iulius, omnibus castris
cum nobilibus et militibus bene munitis, rever-
sus est Romam et tandem imperator factus Ro-
manorum. Et eo mortuo Octovianus, qui et Au-
gustus dicebatur, factus fuit imperator et do-
minus tocius orbis, sub quo natus est Christus.
Cui successit Tyberius.

[Nota[a]: Iulius fuit unus de consulibus Ro-
manorum et dux extitit.[b] Pompeius fuit pretor
et unus de consulibus et dux exercitus].

[Nota[c]: quando Iulius per multa bella, que hu- f. 3'
buit cum Gallicis et Thuringis et Alemannis
et eos tributarios fecit Romanis per X annos
pugnando, reversus est Romam, sed Romani Martin.
de consilio Pompei pretoris, ducis exercitus ver-
sus orientem, qui multa magnifica facta fecit
in multis partibus, nolebant eum intromittere
nec sibi pecunias amplius ex erario tradere.
Quare provocatus pugnavit multis diebus
cum Pompeio et Romanis et ~~sibi~~ eos prostra-
vit, Pompeio fugiente in Egiptum et ibi a
rege occiso in[d] favorem Iulii. Et sic Iulius
cesar factus est invitis Romanis. Et hoc
tangitur in Hystoria Scolastica, cum dicitur:
Factum est eo tempore dissidium[x] inter x f. 4.
Romanos pro Pompeio et Iulio Cesare. Cesar
autem fugavit Pompeium et Romanos sibi
adherentes. Rexit autem Iulius solus tribus
annis et ~~sex~~ VI mensibus et occisus[d] est dolo Bruti. Martin.
Post Iulium rexit et cesar factus est Octo-
vianus, eius nepos, qui intravit Pannoniam[e],
id est Ungariam, quam crudelissima cede
devicit, deinde Germaniam, que ab Ungaria

a) uncis incl. h. l. habent A 2a. b; desunt A1, sed
ibi in marg. supplete et abscisa esse videntur;
om. B.

b) ext. — et dux om. A2b.

c) uncis incl. in marg. infer. f. 3'/4. alio atram.
suppl., sed pleraque abscisa sunt A1; h. l.
in textu A 2a. b; om. B.

d) ad expunct. et superscr. in A1.

d) d. Br. occ. est A 2a. b.

e) sic (Pimoniam) A2a; Pannoniam A2b;
absc. A1; cf. infra p. ..., l. ...

[illegible]